



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

De peccatorum differentiis cap. 2.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

nitens, & Effectus. Materia illius remota sunt Peccata. Peccatū vero \* est recessus, à regula diuina voluntarius. Recessus, quia peccatū est deuiatio quædā. Per diuinam verò regulā quodlibet præceptū intelligi debet, scil. supernaturale, vt de fide habēda & Sacramētis Naturale, quod omnia decalogi Præcepta cōprehēdit, Humanū quale est, quod lege humana, vel superiorū obseruantia nobis est præceptū, & ad Dominū ordinatur. \* (Volūntaria) tria importat: primū vt à voluntate procedat. & imperetur: \* Secundū quod sit ex deliberatione ac in nostra potestate, nempe vt liberum dicatur, non ex necessitate, vel vehementi passionis impulsu. Tertium vt homo sciat se agere contra talem regulā: si enim ignorantia inuincibili labore, excusatur à peccato.

*De peccatorū differētia. Cap. 2*

**D**ividitur primò peccatum in mortale, & veniale, mortale est contra regulam prædictam, vt homicidiū: Veniale est præter regulam: vt quando etſi quis non faciat planè contra præceptum, facit tamè quod in Deum non est ordinatū, vt mendaciū iocofū. Mortale ex genere, dupliciter fit veniale, ex leuitate materię, & ex imperfectione actus voluntarij: Veniale fit quoque mortale quando in eo ponitur vltimus finis, vel ad mortale ordinatur, vel ſi fit cauſa peccati mortalis, vel fiat ex conſcientia erronea, qua quis putat mortale quod eſt veniale. Vtrūque peccatum bipartitur in peccatū omiſſionis & cōmiſſionis, & in peccatum cordis, oris, & operis quod tamè eſt idē peccatū ſed varijs conſtans gradibus augmenti.

De partibus eſſentialibus peccatorū, & effectibus eorūdē. Cap. 3.